

M E D I T A T I O S . E V A N G E L I I .

D O M I N I C Æ 17. P O S T T R I N I T A T I S .

A d d i t i s S . P a t r u m d i c t i s , Q u æ s t i o n i u m q ; aliquot decisione, ad uberiorem textus, cùm opus est explicationem, & Heterodoxorum refutationem.

Q U A M

In Regia Aboënsi Academia

P R A E S I D E

D N . A E S C H I L L O P E T R A E O .
S . S . Theol . Doct . Profess . & Civitatis ejusdem Pastore .

E x a m i n i s u b j e c t i s in Auditorio Majori, horis solis 8 .

Ad diem 10. Maji, Anno 1652.

A N D R E A S B E N E D I C T I C Fahlfoe
S M O L A N D U S .

(A)

T h e o p h y l a c t u s in L u c o m .

Dominus fatis sciens Phariseorum morositatem, ingreditur in domum eorum. Cuius enim ei erat animarum utilitas & propterea ingressus est: Poterant enim vel ex doctrina & sermoni, vel ex ostentatione miraculorum utilitatem perspisse, siquidem voluisse.

(B)

L y r a in h u n c l o . u . m .

Per primum locum non solum intelligitur hic honorabilior sello in Conviviis solemnis: Sed etiam, qualibet electo vel postulato seu promoto, ad aliquam dignitatem: Et hoc patet ex hoc quod premitur: Licet enim & ad invitos Parabolam.

Aboæ, Excuja in officina Petri Wulff ac. Typ. 1652.

V I R I S

Nobilissimo, Excellentissimis, Reverendis, Venerandis,
Prudentissimis, Humanissimis ac Doctissimis,

DN. MICHAELIO. GVLLENSEALPEM
WEXIONIO. J. U. Doctori, nec non Juris Polit. & Hist:
Professori Celebrissimo; Ut & Parlamenti Regii quod Aboe est iam
modi Assessori designato longe meritissimo.

DN. M. NICOLAO L. NYCO-
PENSI. in Universitate Aboensi Log: & Poët: Professori
Doctrinissimo; Ut & S. S. Théol. in eodem Lyceo Prof. ac Pastorius
Saghus iam iam Confirmato dignissimo.

DN. JACOBO PETREIO STOCKHOL-
MENSI. Pastor in Naghu Vigilantissimo.

DN. PETRO ERICI WALD Ubsalensis,
Incolae Aboensis Academæ Typographo Artificioissimo,
Eidemq; in Arte Typ. meo informator acutissimo, diligenterissimo.

DN. LAURENTIO JACOBI Litterariorum
Verbi Divini in Naghu Symyke fidelissimo.

DN. JOHANNI JACOBI Litterariorum
Theolog. ac Philosophia Studio diligentissimo.

Dominis Preceptoribus, Mæcenatibus, Promotoribus &c Beneficioribus, omni honoris cultu perpetu in de venerandis;

Hanc Homiliam, ac primum ingeniali mei foetum in
debitæ Reverentiae indicium, animq; pro maximis in
me collatis beneficijs gratissimi in thesseram humili obler-
tantia submissè consecro & lito,

Andreas B. Stahlfœs

Respondens.

MEDITATIO TEXTUS
DOMINICÆ XVII. POST
TRINITATIS.

In Sanctis & Summis Laudandis Trinitatis, Patris, filii,
& Spiritus Sancti Nominis.

Lava a malitia cor tuum Jerusalem, ut salva sis;
Usquequo morabuntur in te cogitationes noxia. Jer: 4.14.
Quibus verbis Deus hortatur Jerusalem, h. e. ejus cives
& incolas, omnesq; Judæos & populum Israëliticum, ut
lavit se a sua malitia, ut salvari possit & juvari: Deinde
etiam reprehendit eos, quod tam diu stulta & inania co-
gitent. Quam diu, inquit, manebunt apud te vanæ
cogitationes? Arguit eos Deus, quod confidant pros-
prijs viribus, quod possint sine Dei auxilio res suas perfic-
cere in suum commodum & utilitatem, at propterea con-
temnunt Deum & divinum auxilium, in quo vehemen-
ter eos errare ostendit Deus, dicens, quam diu vanæ co-
gitationes apud te manent? Vult ergo ut se convertant
ad Deum vivum, abjiciant cogitationes suas vanas, non
confidant sibi ipsis, non negligant gratiam divinam ipsis
oblatam. Respicunt etiam hæc verba Iudeos in N. T.
viventes, tempore exhibiti Messia monentur Iudei ne
contemnant Christum, ne odio habeant ipsum, subjiciant
se ipso & credant quod ipse sit via, veritas & vita, abjici-
ant ergo malas & sinistras cogitationes de Messia, scien-
tes, quod ille sit verus Deus, sicuti est verus homo, sinant
se ab ipso doceri, siquidem Magister est ad juvandum &
doctor fidelissimus. Hoc etiam in hodierno Evangelio
ostenditur.

N. ad N.

Job. 3.

Oremus autem Deum, ut hodiernum Evangelium ita medius
tariqueamus, ut cedat in nominis dei vni gloriam, nobis in
augmentum & incrementum doctrine, & honorum operum, in
spem & fiduciam, & tandem in eternam beatitudinem: Dio
camus igitur. Pater noster, &c.

EVANGEL: Luc. 14.

Et accidit ut introierit in domum cuiusdam Principis Phariseorum sabbatho, ad capiendum cibum, & ipse observabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad Legisperitos & Phariseos, dicens: Num licet sabbatho sanare? Et illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadit, & non continuo extrahet illum die Sabbati? Et non potuerunt ad hec respondere illi, dicebat autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum invitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accurbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo, & veniens is quite & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: Et tunc incipias cum rubore extremum locum tenere. Quia prius, cum vocatus fueris, Vade accumbe in novissimi loco, & cum venerit quite invitavit: Dicit tibi: Anice ascende superius: Tunc erit tibi gloria coram inuidis cibentibus: Quia omnis qui se extollit, lejicetur, & qui se dejectit, exaltetur.

In

IN recitato Evangelio orationemorat Evangel. Lucas,
quomodo CHRISTus invitatus sit in domum Principis
Phariseorum Sabbatho, ad cibum capendum. Et quo-
modo qui aderant Pharisei obsevaverint eum, esset ne
quiquam facturus, cuius ipsum arguere possent. Cum
verò illic esset quidam Hydropticus movebatur Christus
suā misericordiā ad sanandum illum hominem. Prius
verò quām ipsum sanet, interrogat Scribas & Phariseos,
an liceat sanare Sabbatho? Cumq; nihil respondissent,
adsumsit eum ad iē & sanavit eum ac dimisit. Deinde
alloquitur ipsos iterum, dicens eis: Cujus vestrum as-
sum aut̄ vos in putum cadit, nonne extrahit eum sab-
batho? Ad quætionem hanc nihil responderunt. Post
sanationem hydroptici, incipit Christus docere convivas
civilitatē, cum videret ipsos admodum cupidos esse glo-
riæ & quæstere primos accubitus. Hoc prohibet Chris-
tus propter hanc rationē: ac idere poslit, hæc ignominia
ei qui vult primus esse & supremus sedere, ut veniat ille
qui invitavit ipsum & alios, dicat ipsi, da huic locum, &
sic descendere cogitur cum d. decore. Ideoq; consulit
Christus conviviū, ut exspectent colloctionē ipsius hospis-
tis, donec ille dicat, Amice, ascende superiū, & tunc, ins-
quit Christus, honor contingit vobis. Tandem con-
cludit Textus, dicens, omnis qui se exaltat, humiliabitur;
& qui se humiliat, exaltabitur. Confirmatur in
hoc Evangelio Articulus fidei nostræ secundus de vera
Christi divinitate. Admonemur etiam Præcepti Ter-
tij in hoc Evangelio, viz. quod sanctificandum sit Sabba-
thum, opera misericordiæ facienda salutaris doctrina ex
verbo Dei proponenda.

P A R T E S.

I. *De Miraculo quod Christus fecit in domo Principis Pha-
riseorum sanando hydropticum.* **A 3** **2. De**

**II. De Doctrina & informatione quae Christus proponit
Convivis.**

Atq; hæ sunt istæ partes, quas hac vice breviter & simpliciter tractare constituimus: Omnipotens & aeternus Deus, Pater noster caelitus dilectissimus, nobis omnibus benedictus, sanctaque utiliter & fructuose cedere faciat.

P A R S P R I M A.

In qua meditamur:

I. Christi in Principis Phari-

æorum domum accessum... Invitavit quidam Pri[n]arius ex Phariseis (qui hic Princeps vocatur) Christum in suam domum ad capiendum cibum secum. Huic in invitationi Christus locum relinquit, & se in aedes illius confert cibum sumturus. Sciebat quidem C H R I stus ipsorum animum erga se quod ideo ab eis invitabatur, ut observarent eum, acciperent occasionem ipsum arguendi & accusandi. Id quod facilius fieri potuit Sabbatho, si Christus aliquem Sabbatho sanasset: Nihilominus Christus accedit in domum Principis Pharisaorum non propter cibum & potum, sed ut ipsos informaret, verbum Dei ipsis explicaret & se Mundi Salvatorem ostenderet, & ad humilitatem eos perduceret.

L. C. Est quidem conversatio cum improbis & impijs periculosa, idcirco eam disvadet Apostolus, 1. Cor: 6. Nolite, inquit Apostolus, jugum ducere cum infidelibus. Quæ admonitio proponitur dicto Cap. 9. 10 11. Et David in Psalmis petit se liberari ab improbis & malis, præterim verò Psalm: 101 Ostendit suam iram & odium adversus impios & improbos per totum Psalmum. Nihilominus tamen cum non dubitemus nos posse nostra

conversatione, cum perversis, cum seductis, aliquid effi-
cere ad illorum conversionem & emendationem non
intermittenda est cum illis converatio. Quomodo Pha-
risæi erga Christum affecti fuerint notum est: Et tamen
Christus cum eis cibum cœpit. Licet igitur homini
Christiano convivari cum ijs, qui diversam Religionem
sequuntur. Modo nihil in ipsorum gratiam contra con-
scientiam faciamus. Non modò autem impium, sed & de-
scicile fuit, quod Pharisei in convivio (ubi candor &
hilaritas locum habere deberet) Christi dicta & facta ob-
servant, ut ea in pejorem partem rapiant. Oim veter-
es januis suis inscriperunt: Hinc sermo non egredia-
etur... Qui verò intenti sunt ad venandas calumnias
Diaboli, non Dei filij suorum.

II. Temporis notationem sive

descriptionem quo Christus venit in ædes Princi-
pis Pharisaorum. Tempus indicat Evangelista, dicens
Christum Sabbatho venisse ad capiendum cibum in ædi-
bus Principis Pharisaorum. Significata vox **SABBATHI**
quiete, quod hic dies Septimus septimanæ, non laboribus
aut operibus œconomicis aut politicis diuinitutis destina-
tus sit, sed ad quietem, ut operibus diuinis vacare & ve-
ros cultus Deo præstare possimus; ideo hic dies sacer esse
debet, & ideo in Tertio Praecepto dicitur: **Sabbatum**
sanc*fici*s, h. est, sanctum & cultui Divino, quem ipse tibi
præcepit, destinatum habeas. Nobis non septimus dies,
sed Octavus sacer aut Sabbathum est properet resurrecti-
onem Christi. Quod, reconciliatio facta est die Octavo
die vñz resurrectionis Christi. Quix est origo Sabbathi,
ostendit Moses Gen: 2. his verbis: Perfecti sunt Cœli &
Terra & omnis ornatua eorum, complevitq; Deus die

Septi-

septimo opus suum quod fecerat, & requievit die septi-
mo ab universo opere, quod patrarat & benedixit die 7.
& sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni ope-
re suo quod creavit Deus, ut ficeret. Matt: 12. dicit Christus Sabbathum esse factum propter hominem non ho-
minem propter Sabbathum. Moses de homine tacet.
CHRISTUS clarius explicat & Mosi non contras-
riatur, sed hoc dicit, DEUM Sabbatho benedixisse.
Porrò hic in nulla creatura alia fecit, non sanctificavit
sibi cœlum, non terram, non villam, aut creaturā aliam,
sed septimum diem sibi sanctificavit. Hoc eō propriè
pertinent, ut intelligamus septimum diem præcipue di-
vino cultui esse applicandum. Sanctum enim est quod
Deo est appropinquatum, & ab omnibus prophanis usi-
bus separatum. Hinc sanctificare, diligere, ad certos
usus, seu ad cultum Dei, sicut Moses hac phrasī sa-
pe uti-
tur, etiam de vasis sacris. Sequitur igitur ex hoc loco, si
Adam in inaocentia sterisset, tamen habuisset septimum
diem Sacrum, h.e. eo die docuisset Posteros de voluntate
& cultu Dei, laudasset Deum, gratias egisset, otulisset, &c.
Alijs diebus coluisset agrum, curasset per ora... Imo eu-
am post lapsum habuit Sacrum diem illum septimum,
h.e. docuit eo die suos, id quod testatur filiorum Cain &
Hebel, exemplum igitur Sabbathum ab initio mundi
destinatum est ad cultum Dei. (A)

L. C. Christus conferens se ad convivium Sabba-
tho, non approbat illam pravam coniuetudinem quo-
rundam, qui totum se mancipant luxui, ebrietati & alijs
rebus mundanis, frivilis & ludicris, de quibus loquitur
Luther in Catechesi maior in sermone Praecepto Adver-
sus hoc preceptum, inquit, peccatis, non tantum ijs qui
contumeliosis operibus abutuntur sabbatho idemq; irre-
ligio

ligiosè prophanant, ut illi, qui dediti e varifac, aut pava
rapti libidine verbum Dei non audiunt, aut in tabernac
vinarijs poculis ac gula indulgentes, ferinam atq; sui
lam vitam exigunt, Verum etiam illi qui perinde ver
bum Dei audiunt tanquam fabulam quandam & comen
tum anulae, tantum pro more ac usitatâ quâdam consves
tudine auditum accedunt, intrantes atq; exeuntes, jamq;
anno elapso ne pilo doctiores ac meliores facti sunt. Hac
tenus enim hæc apud homines in veteravit opinio, ut ex
istimarent per omnia satisfactum esse sabbatho, si eo die
missa ac Evangelium audiretur. Cæterum verbum
Dei nemo admodum requisivit, quemadmodum nemo
quoq; præsto fuit, qui illud sincerè docuisse. Jam verò
posteaquam tanti thesauri facti sumus compotes quo ma
jor aut amplior nullus reperiri potest, abusum nequam
quam tollimus, sed sinimus quidem nobis multa præ
dicari, nec non moneri sedulò, cæterum nulla gravitate,
animiq; constatia & cura audimus^r. (Quæst. i.)

*Ad Simeon
Fido.*

III. Modum sanandi Hydro picum à Christo servatum.

Primò Christus de
prehendit hic adesse hominem miserum & incurabili
morro laborantem hydrope sz. Etsi a. omnes morbi
per se sunt poenæ peccatorū: Tamen ut plurimum hy
drops ex intemperantia oritur. Magna est autem similitudo inter hydrozem & peccatum. Ut enim hydro
pici, quanto plus bibunt, tanto magis potum appetunt:
Itaque dulcedinem alicuius peccati gustarunt, quanto sa
pius peccaverint, tanto magis peccare ipsis liber: Nisi
divinitas ad poenitentiam revocentur. Deinde interrog
at Christus scribas & pharisæos, An liceat sanare Sabi
batho? Cum verò illi tacerent, apprehendit ipsun

Qissima & efficacissima suá manu & sanavit eum. Poste-
verò ostendit se recte fecisse ex quotidiana experientia,
ex quolibet bono patre familias. Quis inquit vel trum
est habens asinum aut bovem in putoem cädentem qui
illum die Sabbathi non extrahit? Hinc vult Christus in-
ferre: qui observata lege charitatis juvat proximum, ex
mörbo vel alio incommodo ipsum liberans. Siquidem
homo multis modis prestat bruto, recte facit.

L. C. I. Quamvis sine dubio hic hydropicus &
phariseis huc adductus erat, ut Christus per illius sanati-
onem incurreret in odium populi propter Sabbathi viola-
tionem, tamen non intermittit opus misericordiae &
charitatis, probè sciens se in hoc recte facere. Quamvis
etiam sciebat hunc hydropicum sibi suā intemperantia
attraxisse hunc mörbum, ac propterea non dignus erat
eui Christus succurreret, tamen quia animadvertisit eum
poenitentē serio dolentem & detestantem suam stultitiam,
erendentē in Christum, quod vellet & posset se sanare, sana-
vit ipsum. Id Christus hodieq; facit. Et si quidem omnes
mörbi sint poenae peccati, tamen nos met ipsi per intem-
perantiam & negligentiam in cibo & potu, & alijs per i-
culos mörbos nobis attrahimus, ac propterea indigni
essemus, quos Deus sanaret, tamen cum dolemus quod
Detim offenderimus, Deus propitius est remittit pecca-
ta & postea etiam corpus sanat. Ita Christus fecit cum
paralytico: Confide, inquit, fili, remittuntur tibi peccata
ta. Deinde verò dixit ei, surge sume lectum tuum eas
in dominum tuam & alter surrexit, sumit lectum & ixit
domum. Non idcirco in mörbis nostris intermittamus
preces ad Deum profanatione, oremus prius Pater coe-
lettis, di nitte mihi debita mea, & postea panem quoti-
dianum da mihi, sana me ab hoc mörbo quo crucior. Et

hæc

hæc oratio erat Deo grata, siquidem Deus præcepit ut in die tribulationis ipsum invocemus, & auxilium pollici-
tus est, & gratiarum actione exspectat. Ps: 50. (Quæst. 2.)

L. C. 2. Licet Pharisei & Scribæ hic tacuerunt, non respondentes ad quæstionem, *An liceat sanare Sabbatho?* Christus tamen non propterea intermitit opus misericordiæ sed illum miserum hominem sanat & dimitit, sciens se nihil contra legem divinam facere. Hoc exemplum etiam nos immitemur, non recusantes illa facere, quæ vel ad gloriam Dei spectant vel salutem proximi etiam si improbi homines factum nostrum probare nolint. Cum rectè facias ne cures verba malorum. Pluris mihi mea conscientia est, quam hominum sermo.

L. C. 3. Tacent Pharisei & scribæ nolentes quicquam respondere ad Christi interrogationem de curatiōne Sabbatho instituenda, esletne illa licita annon? Tales sunt hodiè multi, cum in negocio religionis errorem suum, quem fovent, propterī non audeant, & tamen veritati etiam testimonium perhibere nolint: Dicunt controversias illas Religionis superare ipsorum captum: Itaq; se adhuc judicium suum suspendere. Ubiverò progressu temporis nihil amplius periculi tubelle putant, erorem suum disseminant, & summo studio propagantur.

SECUNDA PARS.

In Primâ Parte habuimus beneficium Christi in curando hydroperico; In hac Alterâ Parte beneficium informationis ruminandum est.

In quâ meditamus;

I. Christi observationem, quâ

ille iuvitatos observat. Hanc ita describit Evangelista:
Diebatur & ad invitatos parabolam observans quomo-
do qui ererent primos accubitus. Dissimulabant quidem
pharisei & præ se ferebant quasi non curarent in quem
locum collocaarentur, ultimi in intermedium vel primum.
Et tamen avidè desiderabant locum primum quo nomine
ne etiam à Christo alibi reprehenduntur. Matth: 23. ¶.
§. 6. & 7. Omnia verò opera sua faciunt in hoc ut specte-
tur ab hominibus: Dilatant autem phylacteria sua, & ma-
gnificant fimbrias palliorum suorum. Amantq; pri-
mos accubitus in Cœnis, & primo sedere loco in concilijs.
Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.
Christus verò probè intellexit illorum simulationem &
dissimulationem, & scivit probè illorum mentem & glo-
riæ istius vanæ cupiditatem.

L. C. Non latet Deum ambitio & vanæ gloriæ cu-
piditas, quamvis coram hominibus occulta esse possit.
Quamvis veniant hujusmodi in vestitu ovium & simpli-
cibus imponant. Novit tamen Deus quod sint intrinse-
cūs lupi rapaces. Tales sunt hypocritæ, quales etiam hi
Pharisei & Scribæ, qui mundant illud quod foris est &
intrinsenus sunt immundi. Qui foris sunt albi, vel alias
bene ornati. Intrinsenus sunt instar Sepulchrorum, ossili-
bus mortuorum plenorum. Matth: 23. ¶. 23. 24. 25. 26. 27.
28. & 29. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ quia
decimatis mentem & anethum & cuminum: Et reliqui
stis quæ graviora sunt legis, judicium & misericordiam,
ac fidem. Hec oportuit vobis facere, & illa nō omittere.
Duces cœci, excolantes culicem, Camelū a. deglumentes.
Væ vobis Scribæ & pharisei hypocritæ quia purgatis ex-
teriorum poculi patinæq; partem: Cæterum intus plenæ
sunt rapina & intemperantia. Pharisei cœci, purga pri-

us quod est intra poculum & patinam, ut exteriōres ho-
rum partes purae reddantur. Vae vobis Scribæ & pharisiā
hypocritæ; quia similes estis Sepulchris dealbatis, quæ fo-
ris quidem apparent speciosa, intus vero plena sunt ossi-
bus mortuorum, omniq; spureitia. Sic & vos foris qui-
dem apparetis hominibus iusti: Intus autem pleni estis
fictione & iniquitate. Vae vobis Scribæ & pharisiā hy-
pocritæ, quia ædificatis sepulchra Prophetarum, & or-
natis monumenta iustorum.

II. Christi prohibitionem, quā

prohibet studium vanæ gloriæ sive superbiæ, hāc
prohibitionem Evangelista sic describit: Dicebat a. &
ad invita os Parabolam, intendens quā modo primos ac-
cabitus eligerent, dicens ad illos: Cum invitatus fueris
ab aliquo ad nuptias ne accumbas in primo loco, ne forte
honora ior te sit iuvitatus ab illo, & veniens is qui te & il-
lum vocavit dicat tibi: Da hic locum: Et tunc incipias
cum rubore extremū locum tenere. Quin potius, cum
vocatus fueris, vade accumbe in novissimo loco, & cum
venerit qui te invitavit: Dicat tibi: Amice ascende superis:
Tunc erit tibi gloria corā simul discubentib⁹: Quia
omnis q̄ se extollit, dejetetur, & qui se deicit, extolleatur.

L. C. i. Detestandum vitium est superbia. Sciendū est,
quod vocabulū superbia & vitiola ambitio, seu cupiditas
vanæ gloriæ, non significet ostentare res externas, ut
pulchras vestes, aut ædincia splēdida (etsi ha res externæ
arguant & declarant, interdū occultam & inter orem su-
perbiām;) sed significat in corde confidere propria sapi-
entia, aut viribus, aut potentia, aut pecunia, ideoq; de-
spicere alios, & hac fiducia sine vocatione & extra voca-
tionem magnas res luscipere, multa mouere, imò etiam

corā Deo se efferre, nec agnoscere se dignum esse pœna,
sed fremere adversū Deum, cum vel impeditur cupiditas,
vel justo judicio Dei sequitur infelix exitus. Ista sunt ar-
cana & ocellta peccata, quæ pauci homines intelligunt.
Hanc superbiam perpetuā condemnat Deus in Concionibus suis & in penis
inevitabiliter sequentibus insignem insolentiā punit. De hoc male & Christus
hic loquitur. *Ad dictum Petri dignum est memoria: Deus superbis resistit,*
humilibus autem dat gratiam. Difficile est intelligere, quid sit superbia, &
quid sit humilitas, quia sunt in corde, sed tamen externa signa, & exempla us-
trumq; ostendunt discrimen. Sumamus igitur exempla. Saul initio es
modestus & humilis, sicut Textus manifeste dicit, servit suo Patri, manet in-
tra vocationem, querit asinas &c. Sed postea exectus ad fastigium regni,
cum aliquamdiu habuisset prosperos successus, & insignes victorias, fit super-
bus, h. e. erumpit extra metas vocacionis, & appetit maiora. Idem quano-
quam videbant alium, nemp̄ Davidem, vocari, cui Deus suo consilio regnum
traditurus esset, irrascebatur Deo & hominib⁹ premebat & persequebatur
Davidem, interficiebat Sacerdotes, clatus hac superbia, quod confidebat fas
stigio imperii seu potestate Regiā, & suā potentia, quibus praesidiis putabat
se satis munitus esse adversus omnes fortunis casus, ne hic cursus impeditus
posset. Cum David interfecisset Goliath, & Virgines compōsuerint Hy-
mnū triumphalem de ipso Saule, magisq; prædicarent ac celebrarent Davi-
dem, quam Saulem, ibi Saul incensus invidentiā, urabatur gloria sui ministri,
ardebat simulatione & ira, dolens istum sibi præferri, & se quasi inferiorem due-
xi, cum tamen debuisset D E O. reverenter gratias agere. Ac dicere, Domine
Deus, vere sunt nihil omnes homines, nec potest Regni moles humanis viri-
bus sustineri. Tibi autem gratias ago, quod Tu Tu Deus dedisti mihi viros
tiam, per me & per alios, boni consulo alium præstantiorem electum esse.
Tibi permitto atq; concedo, ut Tuo consilio, cuicunq; volueris, dona super-
iora, ampliorem gloriam, & diuturniores successus tribuis. Confiteor me
parum idoneum, imò indignum esse tot beneficiis, & eā gloriā, quā me ora-
bi, agnosco me miserrimum peccatorem esse. &c. (B.)

L. C. 2. Hęc parabola monet nos, ut non modò pi-
etati, verū etiam civilitati studeamus. Et Paulus ad vir-
tutes etiam politicas seqandas hortatur Philippienes, di-
cens: *De cetero fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq;*
sunt pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq;
amabilia, quæcunq; bona fama, si qua virtus, si qua laus,
hęc cogitate. Phil: 4. Monentur etiam Ecclesiæ mini-
stri, ut virtū reprobent, oblatā occasione, etiam si id
alie-

alieno tempore fieri putetur. Dicit enim Paulus Timo-
theo: Insta oportunè, importunè, argue, obsecra, in-
crepa, cum omni patientiâ & doctrinâ, 2. Tim: 4. Audit-
mus autem rationem, cur nos submissè gerere debeamus.
Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Deus enim superbis resistit, humilibus
autem dat gratiam. 1. Pet: 5. Latissimè autem patet hæc
sententia. Qui enim coram Deo sese opinione proprie-
tate & extollit ut pharisæus ille in templo, Luc: 18. Is à
Deo in infernum abscietur. Qui vero humiliter (cum
publicano illo) peccata sua agnoscit, & veniam petit, in
ecclæ recipitur. Sic etiam, qui inter homines (pro-
pter dona sua, divitias, potentiam, genus, aut formam,
sapientiam, eruditio[n]em) sese superbe gerunt, & sunt
arrogantes, in odium omnium bonorum incurront, &
tandem à Deo præcipitantur. Qui vero humiliter & submissè
sese gerunt, omnibus inferire conati, exaltantur, ad altiora promoventur,
& DEO atq[ue] hominibus sunt chari.

DEUS qui superbis resistis, humilibus autem das gratiam, >
Auge in nobis vera humilitatis virtutem, cuius formam in
se credentibus Unigenitus Tuus exhibuit, ut nunquam indigna-
tione & uam provocemus elati, per Dominum nostrum JESUM
CHRISTUM, qui tecum vivit & regnat per omnia secula se-
culorum. Amen.

Benedictio, & Claritas & Sapientia, & Gratiarum actio, & Honor, & Vir-
tus, & Fortitudo, DEO nostro, in Secula seculorum, Amen. Apoc: 7:18

Q U A E S T I O N E S

Quomodo Apostoli & alij Christiani festis usi sunt
& ut debent, etiam non Christiani? Respo.

Apostoli & alij Christiani, ut alijs rebus Adiaphoris,
ita etiam festis libere usi sunt, juxta regulam, Collos: 2.

Nemo

Nemo vos judicet in cibo ac potu, aut in parte diei, festi,
aut novilunij, aut sabbathorum. Unde diei Sabbathi ob-
servati etiam à Paulo & alijs, passim in actis fit mentio:
Nam Act: 13. Paulus & Barnabas ingressi in synagogam
die sabbathorum dicuntur. Ibidemq; gentes rogabant,
ut sequenti Sabbatho sibi loquerentur sermonem. Et
Paulus & Silas die Sabbathorum egressi sunt ē civitate ad
flumen. Act: 26. Et Thessalonica per tria Sabbathia dis-
seruit Paulus. Et fratres uno Sabbathorum ad frangendum
panem convenisse dicuntur, Act: 20. Diei Domini
ci mentio fit, Act: 1. Fuit in Spiritu Dominicō die. Quo
a. tempore Christiani se à Judæis disjunxerint, & diem
dominicū feriari cæperint, non est memoriarum proditum.
Sed hoc seculo alios diem Sabbathi, alios diem Dominicum feriatos esse, res
stabuntur certamina, quæ sequenti seculo de Paschate die Dominico cele-
brando, per Anicetum & victorem Romanos Episcopos excitata.

II. Quodnam fidei exemplum in hoc hydroperico? R,
In Hydroperico illustre exemplum fidei nobis proponi-
tur, quod egregiam descriptionem fidei continet: Nem-
pè quod fides sine acerrimo luctu vim suam declarare
nequeat. Nam iste hydropericus duo maxima impedi-
menta fidei habuit, cum quibus sibi dimicandum erat.
Unum, quod morbus, à quo petebat liberari, prorsus era
incurabilis; alterum, quod hunc morbum ipse sibi pec-
catis suis accessivisse existimabat. Huc accessit Sathan,
qui & peccati & iræ Dei magnitudinem, & calamitatem
suam inextricabilem esse clamavit. Cum his horren-
dis spectris inferni dimicandum fuit hydroperico, & so-
lo verbo seu sermone de benignitate & miseri-
cordia Christi nitendum fuit.

Μάκρω Θεῷ δόξαν